adferret, nobisq; benevolentiâ addictus esset, est quod ipsam plurimum laudemq, et singularem ex nomine erga ipsam benignissimæ voluntatis significationem his literis faciamq; de qua R. V. Rma omne sibi polliceri quæ de gratiâ et benignitate nostra in se proficisci quidem debent, poterit. De cætero R. V. R. prosperrimè valere optamq. Prag. 14. Jan: 1592.

Cardinalibq Columnæ Seniori et
Gonzagæ Seniori gratiæ pro labore.

185

Rudolphus etc.

Rme etc. Quam præclara semper R. V. R. in Apostolico conclavi cum de novo Pontifice eligendo gravissimâ consultatione gesserit, ut ad eam tantam dignitatem ille eveheretur qui eo dignissimarum virtutum laudem adferret, quiq; nobis ac inclytæ domui nostræ, cui Reipubl. Christianæ prosperitas unicè proposita est, animum addictum benevolè gereret, libenter ex Rmi in Christo patris Cardinalis Madrutij atq; oratoris nostri testificatione intelleximq. Quam ob rem cum R. V. Rma longe nobis gratissimum fecerit, id benignè agnoscere judicamq, occasione et gratæ mentis declaratione ubicunq; sese tulerit, haud sumq intermissuri. Ut verò Dtas V. Rma promptum suum erga nos et Augustam nostram Austriæ domum nostram studium continuare, quâ hactenusq benevolentiâ pergat, etiam atq; etiam ab ipsa requirimq in qua multum fiduciæ positum propter antiquam et spectatam in nos observantiam habemq. Quod reliquum est etc. Pragæ. 14 Jan: 1592.

Cardinali Gesualdo gratiæ
pro labore conclavis.

186

Rudolphus etc.

Rme etc. Quam egregium suum in Nos atq; in inclytam domum nostram studium superioribq diebus, cum de Pontifice Maximo eligendo consultatum fuit, R. V. R.

insigniter

de A.o 1591.

insigniter probaverit, cum libenter intelleximus
monstratum esse partium duximusq; dignaq; gra-
ti animi significatione ut agnosceremus. Sciet itaq; P. V. R.
quicquid operae, consilii atq; industriae in ea tam gra-
vi Cardinalium deliberatione adhibuit, ut talis eli-
geretur, qui in procuranda Christiani populi salu-
te ac prosperitate studia ac vota cum Augusta domo
nostra coniuncta habeat, nobis esse tam gratum, quam
quod gratissimum et Ecclesiae eiusq; dignitatem merito tue-
mur hoc tempore utilissimum. Ut vero P. V. R.ma
praeclaram illam, quae nobis grata fuit, praestandi vo-
luntatem, ubicunq; res tulerit, continuare benevolè
pergat iterum atq; iterum ab ipsa pro fiducia nostra
solita postulamusq; Id nobis vicissim est quod P. V. R.
omnem grati ac memoris animi propensionem, quam
pollicemur, quavis occasione expectet. Prag. 4. Jan. 1591.

187

Cardinali Scipioni Gonzagae
gratia. Rudolphus etc.

R.me Quod literae P. V. R. prae se ferunt idem luculen-
ter aliorum, praecipue vero R.mi in Christo Patris Car-
dinalis Madrutij et Oratoris nostri testificatione
intelleximus, quam prompte nimirum ipsa, quam sincerè,
quaecunq; nobis grata et Augustae domui nostrae op-
portuna fuit in gravissima de capite eligendo Ecclesiae
consultatione praestiterit. In quare cum gratiam
P. V. R.ma bene volentiam quam variis antehac occasi-
onibus ipsa nobis probavit, agnosceremus, praetermittere
noluimus, quin gratum erga ipsam animum vicissim
declaremus, eandemq; de navata praeclare opera pluri-
mum laudemus. Ut vero P. V. R.ma suum in nos
insq; domum nostram studium ita continuare be-
nevolè pergat, etsi ex ipsius pro singulari observan-
tia in nos sua, sua sponte facturam confidimus, qua-
m vehementer tamen id nobis gratum facturam
est etiam atq; etiam ab ipsa postulamus. Expectet autem
nos P. V. R.ma gratos ac memores, ut propensissimae
voluntatis nostrae inclinatio ipsi perspectè constet. Prag.
4. Jan. 1591.

188

Cardinali Comensi gratia.
Rudolphus etc.

R.me etc. Magna sane voluptate nos affici sentimus cum insig-